



DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS

AD

L. 12. C. ad L. Cornel. de Fals.

QUAM

Sub Præsidio SS. Trinitatis,

DECRETO ET AUTHORI-
TATE NOBILISSIMI ET AMPLISSI-
MI JCTORUM COLLEGII IN ALMA ET INCLYTA
ARGENTORATIENSIS
UNIVERSITATE,

Pro impetrandis ritè ac solenniter in UTRO-
QUE Jure honoribus, immuni-
tatibus & privilegiis

DOCTORALIBUS

Publicæ & solenni disquisitioni subjicit,

LAURENTIUS BECKIUS,
Alceano-Palatinus.

Die 18. Mensis Novembris.

ARGENTORATI,

Typis JOHANNIS REPPIL

ANNO M. DC. XLII

199.
21
1641, 1.

Vil.
a per
inali
anal.

cōtra
onem
on da-
fessio-
terdi-
sed rei
m, ut
ff. uti
mune,
dcirco
utione

.th. 2.
test ex
(forte
s causa
ei, qui

tulave-
b uno
de pos-
Verum

is, qui
possidē-
cat. l. 3.

ropri-
tus, vel
in suā
inendæ

So. part.
re & pe-
Interd.

7.
lius, ho-
sine o-
lenege-
mover:

casus in
Interd.
remam
egium,
st. in-
bi: Deso

[Faint, illegible text at the top of the page, likely bleed-through from the reverse side.]

**SERENISSIMO
CELSISSIMOQUE
PRINCIPI AC DOMINO
DN. LUDOVICO PHILIPPO,
COMITI PALATINO RHENI,
DUCI BAVARIÆ, &c.
DOMINO SUO CLEMEN-
TISSIMO.**

[Faint, illegible text below the title, likely bleed-through from the reverse side.]

Theses has inaugurales humillimè

[Faint, illegible text below the title, likely bleed-through from the reverse side.]

Laurentius Beckius

[Faint, illegible text below the author's name, likely bleed-through from the reverse side.]

[Small, faint text at the bottom left of the page.]



Quod felix faustumq; sit!



Apientissimi Rerum publicarum moderatores nauclerum imitantur, qui cum eò, quò cupiat, pergere nò possit, eò quo potest, cursum dirigit, ac sæpè velificatione mutatâ procellis ac tempestatibus obtemperat, ne si cursum tenere velit, naufragium patiat, ait eloquentiæ Romanæ parens. Et si, ut idem, ait, summum perfectionis gradum obtinere non possis, pulchrum est saltim in secundis tertiisque consistere. Secundariæ huic pulchritudini, seu, ut Gellius loqui amat, statæ atq; uxoriæ formæ, omnes ferè disciplinæ, & eas inter Themis nostræ, subindè dextram porrigere, ingratis suis, compelluntur. Hinc concubinatum usuras, circumventionem in contractibus naturaliter intervenientem, quæstiones reorum (quam vis ipsa Jcto teste, sint res fragilis & plena periculi) transactionem de criminibus sanguinis pœnam inferentibus, tolerat atque permittit. Nimirum leges, ut inquit Cic. 2. de Offi. iniqua tollunt quatenus manu teneri possunt, Philosophi quatenus ratione atq; intelligentiâ.

2. In hunc censum refero præscriptiones, quibus certo annorum spatio querelas de criminibus excludi sancitur in l. querela 12. C. de fals. de cuius explicatione impræsentiarum agere constitui Eius legis hæc sunt verba: Querela falsi temporalibus præscriptionibus non excluditur, nisi viginti annorum exceptione, sicut cætera ferè crimina.

3. Cum partitio animum legentis incitet, mentem intelligentis præparet, memoriam artificiosè reformet, g'loss. ad pro. m. Inst. §. igitur. verb. easdem. Ideo hanc legem dividemus in Regulam, in Exceptionem illius regulæ, & in aliam regulam limitativè conceptam, dictam exceptionem declarantem.

4. Prior regula est, Querela falsi temporalibus præscriptionibus non excluditur, Exceptio est, nisi temporalis illa præscriptio sit viginti annorum, Altera Regula Exceptionem illam declarans est, Cætera ferè crimina eodem tempore excluduntur.

5. Dicunt Impp. QUERELA, quæ vox in genere sumpta comprehendit & accusationem & denuntiationem, in specie autem designat denuntiationem tantum. arg. l. 8. C. de accusat.

6. Nam

6. Nam quamvis in denunciando opus non sit longas querelas
nectere de crimine commissi, tamen denunciatores, maxime si illo-
rum inter sit, ut & Irenarch. & Stationarii etiam obsequi de crimine
in denunciando solent, & atrocitatem eius, atque periculum, si puni-
tio eius longius differatur, iudici repræsentant, quo & zelum suum
in officio publico demonstrat, & iudicem ad maturiorem criminis
inquisitionem impellant.

7. Secretum de accusatione tantum vocem hanc explices, tamen
ex aliis rationibus dubitandum non est, inquisitioni quibusque iudicis
præscriptionem hanc opponi posse. *Clar. §. fin. quest. 51. Codd. ad l. 931
de V. S. n. 10 Tess. iur. decis. 208. n. 1.*

8. Hoc quoque ex dicta voce QUERELA inferatur, post rem iudi-
catam si vicennium elapsum sit, huic præscriptioni locum non esse,
cum sententia non sit querela, sed eius terminatio.

9. FALSUS, Hoc est veri immutatio per fraudem facta, *Treutl. vol.
2. disput. 32. th. 8. lit. 2. arg. tot. t. ad L. Cornel. de fals.* nostri instituti non
est de hoc crimine, sed tantum de præscriptione eius tractare.

11. Ait lex TEMPORALIBUS PRÆSCRIPTIONIBUS, præscriptio
in genere idem est quod exceptio. *l. 2. §. 1. ad L. lul. de adul. l. 3. in pr. de
pre. iur. & t. t. de except. & præscript.* Desumptum autem hoc nomen in
hac significatione vel à Græcis, quibus exceptio est *παράστασις*, *Bachov.
ad Treutl. vol. 2. disput. 22. th. 1. lit. h.* vel ab eo, quod, ut *Zanger de except.
p. 1. c. 3. n. 28.* ait, Exceptio dicitur quomodo actio sit concipienda ab
actore, si rectè agere velit, veluti si actor debitum petat, de quo non
petendo pactum est, reus dicit illum malè generaliter agere, & debuisse
se addi hanc exceptionem, nisi pactum intervenerit. Et in hac generi-
ca significatione in nostra lege capitur.

12. In specie autem denotat præscriptio exceptionem temporis,
hoc est, ejusmodi exceptionem quæ ex certo temporis lapsu à lege
definito nascitur. non nego tamen aliquando etiam per præscriptio-
nem non exceptionem tantum, sed & jus actionem produci signi-
ficari. *l. 8. in pr. & §. 1. C. de præscr. 30. ann.*

13. Temporales præscriptiones hic vocantur, non eo sensu quo
actiones temporales dicuntur in *rubr. Inst. de perpet. & tempor. actio.* &
quod tempore pereant, cum omnes exceptiones regulariter sint per-
petuæ. *arg. l. pure §. fin. de dol. & met. except.* sed quod, ut dixi *thes. præced.
ex lapsu temporis ortum ducant*, qua in significatione etiam in *rubr.
ff. de diver. & tempor. præscript.* reperitur.

14. Præ-

Præscriptiones temporales hic innuit publicorum iudicio-
rum, cum speciei horum mentionem facit. Sunt autem illæ vel vices-
narij, vel quinquenni.

Hujus generis sunt, quæ accusationi adulterii, *l. adulter. C. de
adulter. cum simil.* accusationi peculatus *l. 7. ad L. Jul. pecul. opponun-
tur.*

17. Sequitur, exceptio Regulæ, NISI VIGINTI ANNORUM EX-
CEPTIONE, vocula NISI est nota exceptionis, & illa vel similis adii-
ciebatur olim à prætore in formulis actionum, maxime juris stricti,
quo respectu exceptio dicitur esse conditio in *l. 22. de except.*

18. VIGINTI, variæ in jure nostro occurrunt præscriptiones hu-
jus numeri de quibus vid. *Colleg. Argent. lib. 44. tit. 3. ch. 11. num. 34.* De
quibus hic quæri potest. 1. Quare brevius tempus præfixum sit cri-
minibus quam actionibus præscribendis? Respondendum est ratio-
nem differentia fundari in favore quo leges prosequuntur præscri-
ptiones criminum, fundamentum vero hujus favoris petendum ex
rationibus quibusdam præscriptionis vicennalis inductivis, quas vid.
infra, alia longè est differentia ratio quare brevius tempus litibus cri-
minalibus quam civilibus terminandis præscriptum sit in *l. properan-
dum. l. 3. C. de judic.*

19. 2. Potest quæri, an, quia viginti annorum spatio crimina, &
consequenter pœnæ eorum, planè excluduntur, minori tempore v. g.
decennio elapso, illæ mitigari debeant. Hoc est, uti alias formatur
quæstio, an pœna diuturnitate temporis minuatur, quod omnimò ne-
gandum est, quia tantum abest, ut pœnæ tempore debeant minores
reddi, ut potius debeant exasperari, quia, ut ait Henricus Imp. in *ex-
travag. quoniam*, quântò plus differtur punitio, tantò amplius culpa
crescit, & gentibus perniciosius in exemplum transit.

20. Quod non rectè *Bartol. ibid.* ad forum poli indistinctè, & in
foro soli ad certa tantum crimina restringit & peius subiicit, homici-
dii pœnam ex diuturnitate temporis minorari, allegatà *l. diutino. 25.
de pœn.* quæ tamen nihil minus quam hoc probat. Reatus enim nihil
aliud est quam squallida & sordida reorum in carcere constitutorum
conditio, arg. *l. 7. §. 2. de bon. damn.* in qua diutius detenti, rationis est ut
mitius puniantur, cum jam aliquam pœnæ particulam sustinuerint,
& sæpè præstet semel cadere quam tam diu pendere, ut dicebat *Jul.
Cæsar.* Et hanc explicationem etiam *Accurs.* inter alias annotavit
ad d. l. 25.

A 3

21. A quo

21. A quo hæc præscriptio vicennalis, primum introducta fuit, rit non constat. Probabile est à Græcis eam, ut multa alia, fuisse mutuam. Solon enim, teste Demosthene, crimina silentio vicennali extingui sanxerat. *Iulianus Brodeus ad arresta Paris. Loueti, lit. C. n. 47.*

22. ANNORUM, annus, (& tempus in genere) in jure nostro est vel utilis vel continuus, vid. *Gothofr. ad l. 1. in pr. C. de annal. except.* uterque est talis vel ratione initii, vel ratione decursus, vel ratione utriusq; vid. *l. 1. de divers. & tempor. præscr. l. 2. quis ord. in bon. poss.* Hujus autem præscriptionis tempus continuum, tam ratione initii, quam decursus putamus.

23. EXCEPTIONE, vocatur nunc exceptio quæ ante vocabatur præscriptio, hinc patet accusationes non ipso jure sed exceptionis intervenitu post vicennium excludi, quam exceptionem si ex actis de ea, constet iudex supplere debet.

24. Ex hæctenus dictis hæc exstruitur regula, quod crimen falsi viginti annorum exceptione excludatur, à quâ crimen suppositi pactus, quamvis & illud in falsum incidat, excipere nos cogit *l. 19. §. 1. ad l. Cornel. de fals. Diss. Cujac. 4. observ. 14. & ejus sequax Gothofr. ad nostram l. quod crimen non tantum in hoc sed & in eo est singulare, quod parentes tantum & ii quorum interest ad ejus accusationem admittuntur. l. 30. §. 1. d. 2.*

25. Sequitur secunda regula legis nostræ, SICUT CETERA VERBA CRIMINA. Necessaria non fuit horum verborum adjectio illi cui Imp. rescripserunt, qui dubio procul de crimine falsi tantum eos consuluit; verum hodiè cum clariore textu in hac materia destituamur, omninò necessaria nobis est illorum, additio, sine qua in incerto planè circa præscriptionem criminum vagatemur.

26. CRIMINA, talia propriè appellantur quæ sunt extraordinaria vel publica, *tot. i. extraord. crim. & de pub. judic.* aliquandò tamen improprie crimina vocantur delicta privata. *l. 3. ad Turp.* Extraordinaria crimina cum propriè crimina sint, rectè illis quoq; præscriptio vicennalis opponetur. Crimina hic ponitur pro accusatione & inquisitione eorum, quod non est infrequens *l. 1. §. 2. de suspect. tut. l. 15. de accusat. cum simil.* cum itaque querelæ criminum tantum præscribatur, manifestum est vicennio elapso adhuc ad effectum civilem, hoc est, interesse & damnatione criminis illata, agi posse. *l. 9. d. 16. C. ad l. Cornel. de fals.*

27. Quemadmodum verò supra crimen suppositi pactus, ita hæc parri-

parricidii crimen excipimus. *l. ult. de parricid. quamvis & hic Cujac. d. 605.*
l. 1. §. 1. contra arius, cum cujus theoria conspirat praxis summi Auditorii
 Parisiensis, quod *teste Tul. Brodeco loco supra allegato*, vicennio præter la-
 pso parricidii absoluit, atque unicum duelli crimen li-
 teris regii exceptum esse præscriptione vicennii. Crimen quoque apo-
 stasie, illud eximendum *l. 4. C. de apostat.*

308. *§. 1. de rebus,* ex prædictis constat quare hæc limitatio fuerit adjecta,
 nimirum propter crimina ultra citraque vicennalis præscriptionis
 terminum consistentia. Crimen tamen læsæ majestatis, sodomix, &c.
 hujus præscriptionis vim effugere non putamus. *Dissentiant plures quos*
vid. apud Clar. §. fin. q. 11.

309. *§. 1. de rebus,* Ad reos notorios præscriptionem hanc non pertinere existi-
 mamus. Et si in p. etiam ad hos extensam eam voluissent, ad gentiles
 à quibus profecta, releganda esset, neque enim Christianis permissum
 puto post vicennium Jubilæum aliquod criminale permittere. Ubi
 tamen distinguendum inter crimina prohibitionem naturalem, & ci-
 vilem tantum habentia.

310. *§. 1. de rebus,* Per hanc criminum notiorum exceptionem regulæ non
 multum derogatur, quia rarissime post tantum tempus, reus aliquis
 ejusque crimen potest esse notorium, quod etsi ab initio vires acqui-
 rat eundo, tamen tempore procedente nullo exitu, ut alicubi JCtus
 de via loquitur, inter moritur, ita ut de notorietate dici possit, quod
 Poeta ait de forma, quantum accedit ad annos, fit minor & spatio car-
 pitur illa suo.

311. *§. 1. de rebus,* Textu legis nostræ ita explanato, non abs re erit paucis in-
 rationes inductivas præscriptionis hujus vicennalis inquirere. Tan-
 tum enim abest ut recta illi ratio quadrare, ut etiam cum illa pugnare
 prima facie quis dixerit, ut quæ crimina punienda non temporis ob-
 tentu abolenda suadeat. *l. 5. ad L. Aquil. 1. aut facta. §. fin. de pæn.* tempus
 namque ex sua pte natura vim nullam effectricem habet, nihil fit à
 tempore, quamvis nihil non fit in tempore. Cur ille qui heri furcâ,
 hodiè ne scutica quidem dignus censetur?

312. *§. 1. de rebus,* Prima ratio ipsi est communis cum reliquis præscriptioni-
 bus, litium scilicet minuendarum studium, passim in libris nostris in-
 culcatum, quæ diminutio potest considerari vel respectu omnium
 aliarum litium, vel respectu illarum quæ incidunt & pullulant ex
 causa litis annosa. Nemini enim dubium est, lites quas inter & cau-
 sas earum longissima est inter capedo, fœcundas esse novarum diffi-
 cultatum.

cultatum, multasque tricas Gordio modo intricatiores oboriri, quæ
ab futurae fuissent, si tempore congruo fuissent instituta.

33. Secunda ratio est, ne quis perpetuè accusantium libidini &
accusationum denunciationumque terrori sit expositus.

34. Tertia, quia post tantum temporis lapsum, defensio reorum
vel difficilis vel plane impossibilis propter interitum probationum &
vacillantia testium testimonia, cum memoria hominis labilis sit. *l. pe-
regre. de acquir. possess. redditur. Quod Jctus in l. 3. §. 5. de Carbon. edict.
in aliis terminis ait, Finge esse testes quosdam, qui dilata controversia
aut mutabunt consilium, aut decedent, aut propter temporis inter-
vallum non eandem fidem habebunt, apprimè hic applicari potest.*

35. Porro Juri Canonico vicennii præscriptionem non repugna-
*re. arg. c. 1. de nov. oper. nunt. vid. tamen Damboud. prax. crim. c. 1. & in Ca-
mera Imperiali eam observari non dubitamus. Myns.*

4. observ. 35. Gail. 1. P. P. 20.

DEUS OPTIMUS MAXIMUS,
qui plusquam vicennali plagâ Romanum
Imperium, propter peccata nostra vexavit
& ferè delevit, præscriptionem passionis
Filij sui per misericordiam suam ju-
stitiæ suæ opponi patiatur.

A M E N.

F I N I S.

ULB Halle
005 714 745


3



VD17







B.I.G.

Farbkarte #13

DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS
AD
L. 12. C. ad L. Cornel. de Fals.
QUAM
Sub Præsidio SS. Trinitatis,
DECRETO ET AUTHORI-
TATE NOBILISSIMI ET AMPLISSI-
MI JCTORUM COLLEGII IN ALMA ET INCLYTA
ARGENTORATENSIIUM
UNIVERSITATE,

21/199
1641, 1.

Pro impetrandis ritè ac solenniter in UTRO-
QUE Jure honoribus, immuni-
tatibus & privilegiis
DOCTORALIBUS

Publica & solenni disquisitioni subijcit,
LAURENTIUS BECKIUS,
Alceano-Palatinus.

Die 18. Mensis Novembris.
ARGENTORATI,
Typis JOHANNIS REPPIL.
ANNO M. DC. XLL.

